

LIBER GENESIS 4,1-26 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

1 Adam vero cognovit uxorem suam Hevam: quae concepit & peperit Cain,
dicens: Possedi hominem per Deum.

*Et homo ipse cognovit Chavvah uxorem suam, & concepit & peperit Cain,
& dixit: Acquisivi virum cum Domino.*

(E) Et cognovit Adam mulierem suam et concepit et peperit Cain et dixit
adquisivi hominem per deum

(H) Adam vero cognovit Evam uxorem suam quae concepit et peperit Cain
dicens possedi hominem per dominum

**Adam vero cognovit Evam uxorem suam, quae concepit et peperit Cain
dicens: „Acquisivi virum per Dominum.”**

**Adam aber hatte sein Weib Hawwa erkannt und sie ward schwanger und
gebar den Kajin und sie sprach: Ich habe ein Männliches
hervorgebracht mit IHM.**

**Der Mensch erkannte Chawwa, sein Weib, sie wurde schwanger, und sie
gebar den Kajin. Da sprach sie: Kaniti – Erworben habe ich mit IHM
einen Mann.**

2 Rursumque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ovium,
& Cain agricola.

*Et addidit, ut pareret fratrem eius Hebel. Et erat Hebel pastor pecudium,
et Cain fuit colens terram.*

(E) Et adiecit parere Abel et factus est Abel pastor ovium, Cain autem
operabatur terram

(H) Rursusque peperit fratrem eius Abel fuit autem Abel pastor ovium
et Cain agricola

**Rursusque peperit fratrem eius Abel. Et fuit Abel pastor ovium
et Cain agricola.**

Und sie fuhr fort zu gebären, seinen Bruder, den Hebel, und es war

Hebel ein Hirt von Schafen, und Kajin war ein Bebauer des Erdbodens.

Sie fuhr fort zu gebären, seinen Bruder, den Habel. Habel wurde ein Schafhirt, Kajin wurde ein Diener des Ackers.

3 Factum est autem post multos dies, ut offeret Cain de fructibus terrae munera Domino.

Et fuit in fine dierum, ut adduxit Cain de fructu terrae oblationem domino.

(E) Et factum est post dies obtulit Cain de fructu terrae sacrificium domino

(H) Factum est autem post multos dies ut offeret Cain de fructibus terrae munera domino

Factum est autem post aliquot dies ut offeret Cain de fructibus agri munus Domino.

Es geschah nun nach Verlauf einer gewissen Zeit, da brachte Kajin von der Frucht des Erdbodens IHM eine Gabe.

Nach Verlauf der Tage war's, Kajin brachte von der Frucht des Ackers I H M eine Spende.

4 Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum: & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.

Et Hebel adduxit etiam ipse de primogenitis pecudum suarum & de adipe earum. Et respexit Dominus ad Hebel, & ad oblationem eius.

(E) Et Abel obtulit et ipse de primitiis ovium suarum et respexit deus super Abel et super munera eius

(H) Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui et de adipibus eorum

et respexit dominus ad Abel et ad munera eius

Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui et de adipibus eorum.

Et respexit Dominus ad Abel et ad munus eius.

Aber Habel brachte gleichfalls dar: von den Erstgeburten seiner Schafe und von ihren Fetten. Da wandte ER sich zu Habel und seiner Gabe.

Und auch Habel brachte von den Erstlingen seiner Schafe, von ihrem Fett. ER achtete auf Habel und seine Spende.

5 Ad Cain vero, & ad munera illius, non respexit: iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius.

Et ad Cain, & ad oblationem eius non respexit. Et iratus est Cain valde:

& conciderút(?) vultus eius.

(E) Super Cain autem et super sacrificia eius non respexit et contristatus est

Cain valde et concidit facies eius

(H) Ad Cain vero et ad munera eius non respexit iratusque est Cain

vehementer et concidit vultus eius

Ad Cain vero et ad munus illius non respexit. Iratusque est Cain

vehementer, et concidit vultus eius.

Aber zu Kajin und seiner Gabe wandte er sich nicht. Das verdross Kajin sehr und sein Antlitz senkte sich.

Auf Kajin und seine Spende achtete er nicht. Das entflammte Kajin sehr, und sein Antlitz fiel.

6 Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua?

Et dixit Dominus ad Cain, Ad quid est ira tibi? & ad quid conciderút(?) vultus tui?

(E) Et dixit deus ad Cain quare tristis factus es et quare concidit vultus tuus

(H) Dixitque dominus ad eum quare mestus es et cur concidit facies tua

Dixitque Dominus ad eum: „Quare iratus es, et cur concidit facies tua?

Da sprach ER zu Kajin: Warum verdrießt es dich und warum ist dein Antlitz gesenkt?

ER sprach zu Kajin: Warum entflammt es dich? Warum ist dein Antlitz gefallen?

7 Nonne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.

Nonne si benefeceris elevare? Etsi non benefeceris, ad ostium peccatum cubans? Et ad te appetitus eius, & tu dominaberis illius in eum.

(E) Nonne si recte offeras recte autem non dividas peccasti quiesce ad te conversio eius et tu dominaberis eius

(H) Nonne si bene egeris recipies sin autem male statim in foribus peccatum aderit sed sub te erit appetitus eius et tu dominaberis illius

Nonne si bene egeris, vultum attolles? Sin autem male, in foribus peccatum insidiabitur, et ad te erit appetitus eius, tu autem dominaberis illius.”

Nicht wahr, [Erg.: wirst du nicht, wenn du deine Opfergabe gut dargebracht hast, dein Antlitz erheben? Wenn jedoch schlecht, wird

dann nicht auf der Stelle die Sünde vor deiner Haustür liegen?] Nach dir ist sein Verlangen und du sollst über ihn herrschen.

Ist's nicht so: Meinst Du Gutes, trag's hoch, meinst du nicht Gutes aber: Vor'm Einlass Sünde, ein Lagerer, nach dir seine Begier – da aber walte ihm ob.

8 Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cumque essent in agro, consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum.

Et dixit Cain ad Hebel fratrem suum: Et fuit in esse ipsos in agro, & surrexit Cain ad Hebel fratrem suum, & occidit eum.

(E) Et tunc dixit Cain ad Abel fratrem suum eamus in campum et factum est cum essent ipsi in campo insurrexit Cain super Abel fratrem suum et occidit eum

(H) Dixitque Cain ad Abel fratrem suum egrediamur foras cumque essent in agro consurrexit Cain adversus Abel fratrem suum et interfecit eum

Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: „Egrediamur foras!” Cumque essent in agro, consurrexit Cain adversus Abel fratrem suum et interfecit eum.

Und Kajin sagte es seinem Bruder Hebel. Es geschah nun, als sie auf dem Felde waren, da stand Kajin gegen seinen Bruder Hebel auf und mordete ihn.

Kajin sprach zu Habel, seinem Bruder. Aber dann war's, als sie auf dem Felde waren: Kajin stand auf wider Habel, seinen Bruder, und tötete ihn.

9 Et ait Dominus ad Cain: Ubi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio:

Num custos fratris mei sum ego?

Et dixit Dominus ad Cain: Ubi Hebel frater tuus? Et dixit: Non novi.

Numquid custos fratris mei ego?

(E) Et tunc dixit deus ad Cain ubi est frater tuus et dixit nescio numquid custos fratris mei sum ego

(H) Et ait dominus ad Cain ubi est Abel frater tuus qui respondit nescio num custos fratris mei sum

Et ait Dominus ad Cain: „Ubi est Abel frater tuus?“ Qui respondit: „Nescio. Num custos fratris mei sum ego?“

Da sprach ER zu Kajin: Wo ist dein Bruder Hebel? Er sprach: Ich weiß es nicht. Bin ich der Hüter meines Bruders?

ER sprach zu Kajin: Wo ist Habel, dein Bruder? Er sprach: Ich weiß nicht. Bin ich meines Bruders Hüter?

10 Dixitque ad eum: Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

Et dixit: Quid fecisti? Vox sanguinum fratris tui clamantium ad me e terra.

Et dixit deus quid fecisti hoc vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra

(H) Dixitque ad eum quid fecisti vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra

Dixitque ad eum: „Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de agro.

Da sprach er: Was hast du getan? Horch, das Blut deines Bruders schreit zu mir von dem Erdboden her.

ER aber sprach: Was hast du getan! Die Stimme des Geblüts deines Bruders schreit zu mir aus dem Acker.

11 Nunc igitur maledictus eris super terram, quae aperuit os suum: & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.

Et nunc maledictus tu a terra, quae aperuit os suum, ut susciperet sanguines fratris tui de manu tua.

Et nunc maledictus tu a terra quae aperuit os suum ad excipiendum sanguinem

fratris tui de manu tua

(H) Nunc igitur maledictus eris super terram quae aperuit os suum et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua

Nunc igitur maledictus eris procul ab agro, qui aperuit os suum et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua!

Also bist du verflucht von dem Erdboden, der seinen Mund auftat, das Blut deines Bruders von deiner Hand zu nehmen!

Und nun, verflucht seist du hinweg vom Acker, der seinen Mund aufmachte, das Geblüt deines Bruders aus deiner Hand zu empfangen.

12 Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram.

Quod coles terram, non addet dare robur suum tibi. Vagus & profugus eris

in terra.

(I) Quoniam operaberis terram et non adiciet virtutem suam dare tibi

(E) gemens et tremens eris super terram

(H) Cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos vagus et profugus eris super terram

Cum operatus fueris eum, amplius non dabit tibi fructus suos; vagus et profugus eris super terram.”

Wenn du den Erdboden bebaust, wird er dir ferner nicht seine Kraft geben. Untätig und flüchtig wirst du im Lande sein.

Wenn du den Acker bedienen willst, nicht gibt er dir fortan seine Kraft. Schwank und schweifend musst du auf Erden sein.

13 Dixitque Cain ad Dominum: Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear.

Et dixit Cain ad Dominum: Maior iniquitas mea quam parcere.

(I) Et dixit Cain ad dominum maior causa mea est relinqui me

(H) Dixitque Cain ad dominum maior est iniquitas mea quam ut veniam merear

Dixitque Cain ad Dominum: „Maior est poena mea quam ut portem eam.”

Da sprach Kajin zu ihm: Ist zu groß meine Schuld zum Vergeben?

Kajin sprach zu IHM: Allzu groß zum Tragen ist meine Verfehlung.

14 Ecce eicis me hodie a facie terrae, et a facie tua abscondar; et ero vagus et

profugus in terra: omnis igitur qui invenerit me, occidet me.

*Ecce eiecisti me hodie de superficie terrae: & a facie tua abscondam me
& ero vagus & profugus in terra, & erit, ut omnis invenies me,
occidat me.*

(I) Si eicis me hodie a facie terrae et a facie tua abscondam me et ero
gemens et tremens super terram et erit omnis qui invenerit me occidet me

(M) Ecce eicis me hodie a facie terrae et a facie tua abscondar et ero vagus
et profugus in terra omnis igitur qui invenerit me occidet me

**Ecce eicis me hodie a facie agri, et a facie tua abscondar et ero vagus
et profugus in terra; omnis igitur, qui invenerit me, occidet me.”**

**Siehe, du vertreibst mich heute von dem Antlitz der Adama und vor
deinem Antlitz muss ich mich verhüllen, bin ich unstät und
flüchtig im Lande, so wird es geschehen, dass jeder, der mich
findet, mich ermorden kann.**

**Da, du vertreibst mich heute vom Antlitz des Ackers, vor deinem Antlitz
muss ich mich bergen, schwank und schweifend muss ich sein auf Erden,
- so muss es sein: All wer mich findet, tötet mich!**

15 Dixitque ei Dominus: Nequaquam ita fiet: Sed omnis, qui occiderit Cain,
septuplum punietur. Posuitque Dominus Cain signum, ut non interficeret
eum omnis qui invenisset eum.

*Et dixit ei Dominus: Propterea omnis occidens Cain, septupliciter
vindicabitur. Et posuit Dominus in Cain signum ad non per cutiendum
eum omnis inveniens eum.*

(I) Et dixit ei dominus non sic omnis qui occiderit Cain septem vindictas exsolvet et posuit dominus deus Cain signum ne eum occideret omnis qui invenisset

(H) Dixitque ei dominus nequaquam ita fiet sed omnis qui occiderit Cain septuplum punietur posuitque dominus Cain signum ut non eum interficeret omnis qui invenisset eum

Dixitque ei Dominus: „Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur!” Posuitque Dominus Cain signum, ut non eum interficeret omnis qui invenisset eum.

Da sprach ER zu ihm: Dann also, jeder, der Kajin ermordet ...! siebenfältig soll gerächt werden. Und ER setzte Kajin ein Zeichen, dass ihn nicht erschlage jeder, der ihn fände.

ER sprach zu ihm: So denn, all wer Kajin tötete, siebenfach würde es geahndet. Und ER legte Kajin ein Zeichen an, dass ihn unerschlagen lasse, all wer ihn fände.

16 Egressusque Cain a facie Domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.

Et egressus est Cain a facie Domini, & sedit in terra Nod ante Heden.

(I) Et exi(v)it Cain in facie dei et habitavit in terra Naid contra Edem

(H) Egressusque Cain a facie domini habitavit in terra profugus ad orientalem plagam Eden

Egressusque Cain a facie Domini habitavit in terra Nod ad orientalem plagam Eden.

Da ging Kajin weg von SEINEM Angesicht und wohnte im Lande Nod, östlich von Eden.

Kajin zog von SEINEM Antlitz hinweg und wurde erst sesshaft im Lande Nod, Schweife, östlich von Eden.

17 Cognovit autem Cain uxorem suam, quae concepit, et peperit Henoch:

et aedificavit civitatem, vocavitque nomen eius nomine filii sui, Henoch.

Et cognovit Cain uxorem suam, & concepit, & peperit Chanoch. Et fuit aedificans civitatem, & vocavit nomen civitatis, sicut nomen filii sui Chanoch.

(I) Et cognovit Cain uxorem suam et concipiens peperit Enoch et erat aedificans civitatem in nomine filii sui Enoch

(H) Cognovit autem Cain uxorem suam quae concepit et peperit Enoch et aedificavit civitatem vocavitque nomen eius ex nomine filii sui Enoch

Cognovit autem Cain uxorem suam, quae concepit et peperit Henoch.

Et aedificavit civitatem vocavitque nomen eius ex nomine filii sui Henoch.

Und Kajin erkannte sein Weib, und sie ward schwanger und gebar den Henoch, und er war am Bauen einer Stadt und nannte den Namen der Stadt wie den Namen seines Sohnes Henoch.

Kajin erkannte sein Weib, sie wurde schwanger und gebar den Chanoch. Er aber wurde Erbauer einer Stadt und rief den Namen der Stadt nach seines Sohnes Namen Chanoch.

18 Porro Henoch genuit Irad; et Irad genuit Maüjaël; et Maüjaël genuit Methusaël, et Methusaël genuit Lamech.

Et natus est ipsi Chanoch Hirad: & Hirad genuit Mechujaël: & Mechujaël genuit Methusaël: & Methusaël genuit Lamech.

(I) Enoch genuit Gaidad Gaidad genuit Mevia Mevia genuit Mathusael Mathusael genuit Lamech

(H) Porro Enoch genuit Irad et Irad genuit Maviahel et Maviahel genuit Mathusahel et Mathusahel genuit Lamech

Porro Henoch genuit Irad, et Irad genuit Maviael, et Maviael genuit Mathusael, et Mathusael genuit Lamech.

Und dem Henoch gebar man den Irad, und Irad wurde Vater des Mechujaël, und Mechujaël wurde Vater des Methusaël, und Methusaël wurde Vater des Lamech.

Dem Chanoch wurde Irad geboren, Irad zeugte Mechujael, Mechujael zeugte Metuschael, Metuschael zeugte Lamech.

19 Qui accepit duas uxores: Nomen uni, Ada; et nomen alteri, Sella.

Et accepit sibi Lamech duas uxores: nomen unius Hadah, & nomen secundae Sillah.

(I) Et sumpsit sibi Lamech duas uxores nomen uni Ada et nomen secundae Sella

(H) Qui accepit uxores duas nomen uni Ada et nomen alteri Sella

Qui accepit uxores duas: nomen uni Ada et nomen alteri Sella.

Es nahm sich aber Lamech zwei Frauen, der Name der einen war Ada

und der Name der zweiten Silla.

Lamech nahm sich zwei Weiber, der Name der einen war Ada, der Name der zweiten Zilla.

20 Genuitque Ada Jabel; qui fuit pater habitantium in tentoriis; atque pastorum.

Et genuit Hadah Jabal. Ipse fuit pater sedentis tentorium, & possessionis.

(I) Et peperit Ada Iobel hic erat pater habitantium in tabernaculis

pecuariorum

(H) Genuitque Ada Iabel qui fuit pater habitantium in tentoriis atque

pastorum

**Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis atque
pastorum.**

**Ada gebar den Jabal, er ward der Urvater der Bewohner von Zelt und
Herde.**

Ada gebar den Jabal, der wurde Vater der Besitzer von Zelt und Herde.

21 Et nomen fratris eius, Jubal: ipse fuit pater canentium cithara et organo.

*Et nomen fratris eius Iubal. Ipse fuit pater apprehendentis citharam et
organum.*

(A) Et nomen fratris eius Iobal (I) hic fuit qui ostendit psalterium et

citharam

(H) Et nomen fratris eius Iubal ipse fuit pater canentium cithara et organo

**Et nomen fratris eius Iubal; ipse fuit pater omnium canentium cithara
et organo.**

**Und der Name seines Bruders Iubal, er ward der Urvater jedes
Spielmannes von Zither und Schalmei.**

**Der Name seines Bruders war Jubal, der wurde Vater aller Spieler auf
Harfe und Flöte.**

22 Sella quoque genuit Tubal-cain, qui fuit malleator, et faber in cuncta opera
aeris et ferri. Soror vero Tubal-cain, Noëma.

*Et Sillah etiam ipsa peperit Tubal-Cain, acuentem omne opificium aeris, &
ferri: et soror Tubal-Cain Nahamah.*

(I) Sella autem peperit et ipsa Tobel et erat malleator (et) aerarius aeramenti
et ferri soror autem Tobel Noemma

(H) Sella quoque genuit Tubalcain qui fuit malleator et faber in cuncta opera
aeris et ferri soror vero Tubalcain Noemma

**Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator et faber in cuncta
opera aeris et ferri. Soror vero Tubalcain Noema.**

**Silla ihrerseits aber gebar den Tubal-Kajin, einen Schärfer jedes
Arbeiters in Erz und Eisen, und die Schwester Tubal-Kajins Naama.**

**Und auch Zilla gebar, den Tubal-Kajin, schärfer allerlei Schneide aus
Erz und Eisen. Tubal-Kajins Schwester war Naama.**

23 Dixitque Lamech uxoris suis, Adae et Sellae: Audite vocem meam, uxores
Lamech; auscultate sermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus
meum, & adolescentulum in livorem meum.

Et dixit Lamech uxoris suis Hadah & Sillah: Audite vocem meam uxores

*Lamech: Auscultate eloquium meum: Quod virum occidi in vulnus meum,
& puerum in livorem meum.*

[E] Dixit autem Lamech mulieribus suis Adae et Sellae audite vocem meam
mulieres Lamech intuemini verba mea quoniam virum occidi in vulnere mihi
et iuvenem in livore meo

(X) Ad uxores suas Ada et Sella audite verba mea uxores Lamech auribus
percipite verba mea quia virum occidi in vulnus meum et iuvenem in
livorem meum

(H) Dixitque Lamech uxoribus suis Adae et Sellae audite vocem meam
uxores Lamech auscultate sermonem meum quoniam occidi virum
in vulnus meum et adolescentulum in livorem meum

**Dixitque Lamech uxoribus suis: „Ada et Sella, audite vocem meam;
uxores Lamech, auscultate sermonem meum: occidi virum pro vulnere
meo et adolescentulum pro livore meo;**

**Es sprach aber Lamech zu seinen Frauen: Ada und Silla, höret meine
Stimme, Frauen Lamechs, horchet meiner Rede! Denn einen Mann
erschlug ich für meine Wunde und ein Kind für meine Beule!**

**Lamech sprach zu seinen Weibern: Ada und Zilla, hört meine Stimme,
Weiber Lamechs, lauscht meinem Spruch: Ja, einen Mann töt´ ich für
eine Wunde und einen Knaben für eine Strieme!**

24 Septuplum ultio dabitur de Cain; de Lamech vero septuagies septies.

Quia septemplex vindicabitur Cain, & Lamech septuagesies septies.

(E) Quoniam septies vindicatum est de Cain de Lamech autem

septuagies septies

(H) Septuplum ultio dabitur de Cain de Lamech vero septuagies septies

Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies.”

Denn zum Siebenten wird Kajin gerächt, und Lamech siebzig und siebenfach.

Ja, siebenfach wird Kajin geahndet, aber siebenundsiebzigfach Lamech!

25 Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam; et peperit filium, vocavitque nomen eius Seth, dicens; posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

Et cognovit Adam adhuc uxorem suam, & peperit filium, & vocavit nomen eius Seth: quia posuit mihi Deus semen alterum pro Hebel; quia occidit eum Cain.

(E) Et cognovit Adam Evam mulierem suam et concepit et peperit filium et vocavit nomen eius Seth dicens suscitavit enim mihi deus semen aliud pro Abel quem occidit Cain

(H) Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam et peperit filium vocavitque nomen eius Seth dicens posuit mihi deus semen aliud pro Abel quem occidit Cain

Cognovit quoque Adam uxorem suam, et peperit filium vocavitque nomen eius Seth dicens: „Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.”

Adam aber erkannte nochmals sein Weib und sie gebar einen Sohn und nannte seinen Namen Set; denn gesetzt hat mir Gott anderen Samen

anstelle Hebels, denn gemordet hat ihn Kajin.

**Adam erkannte nochmals sein Weib, und sie gebar einen Sohn. Sie rief
Seinen Namen: Schet, Setzling! Denn: Gesetzt hat Gott mir einen andern
Samen für Habel, weil ihn Kajin erschlug.**

26 Sed & Seth natus est filius, quem vocavit Enos: iste coepit invocare nomen
Domini.

*Et Seth etiam ipsi natus est filius, & vocavit nomen eius Enos. Tunc coeptum
est ad invocandum in nomine Domini.*

(A) Et Seth natus est filius (I) et nominavit nomen eius Enos hic speravit
invocare nomen domini dei

(H) Sed et Seth natus est filius quem vocavit Enos iste coepit invocare nomen
domini

**Sed et Seth natus est filius, quem vocavit Enos. Tunc coeperunt invocare
nomen Domini.**

Set aber wurde Vater eines Sohnes, und er nannte seinen Namen Enos.

Damals ist angefangen worden, den Namen J-h-w-h anzurufen.

**Auch dem Schet wurde ein Sohn geboren, er rief seinen Namen Enosch,
Menschlein. Damals begann man, den NAMEN auszurufen.**